FERDINANDO MEDICI S.R.E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

Res geſtas aui tui, atq; parentis alij ſcriptione ſunt perſecuti: ego verò res easdem pictura, vt tulit mei ingeij imbecillitas, expreſsi. Fuit id totum pro merito tantorum virorum exiguum omnino; ſed tamen eo animo factum eſt, vt ſi quid in meo opere ab artificio laborat, ſedulitate tamen, et mira quadam in te pietate ſubleuetur. Has res Philippus Galleus meo nomine Antuerpiæ incidit; vir mirus profectò, atque eiuſmodi, cui nobiliſsimæ huius artis ſtudioſi magnum debeant beneficium. Sed quod mihi vitæ iam reliquum est, id totum ſtatui effingendis pijs cogitationibus traducere. Nunc vero res gestas Nri Saluatoris, Jeſu Christi, quæ paulò ante, quam in crucem tolleretur, factæ ſunt, qua facultate potui expreſsi, atque eaſdem curaui incidendas. Has igitur ſi tuo nomini dicarem, pergratum tibi me eſſe facturum iudicaui. Quod vt fiat, non meum ingenium, quod nullum eſt, ſed tuam animi regij propenſionem in hoc ſtudium ad te præcipuè allegabo. Vale.

Joannes Stradius.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
0 1 2 3 4 Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=graph-res-d-59-1